

la, quam num. VI. & sequ. descripsimus, *Hygro-Barometrum* fortassis haut incongruè dicenda. Mergitur illa in spiritu vi- ni, quia hic ipsâ specie levior est; in cæteris emergit, quia spe- cie sunt graviora; & quò plus gravitatis habent specificæ li- quores singuli præ ipsa, tanto magis eam allevant: ita ut re- ciproce, ejus major minorve in aliquo liquore emersio, argu- mentum sit ac indicium infallibile majoris etiam vel minoris gravitatis specificæ; tametsi præcisè, quâ proportione diffe- rat hæc in uno & in altero liquore, nondum determinare au- sit, ut altera illa *Monconysii* num. VII. & seqq. à nobis de- scripta, quæ cæterà eodem cum nostra fundamento ni- titur.

CONCLUSIO V. Niti- tur autem eodem & altera, quæ bullam vitream in eo- dem liquore nunc ascen- dentem nunc descenden- tem exhibet, ob causam non aliam, quam quòd bullam memoratam modo levio- rem liquore dicto efficiat, modo graviorem. Etenim, dum utraque manu premi- tur vesica K L aquæ plena, coacta cedere aqua, nec exi- tum tamen ullum inveniens nisi per canalem E D in su- prapositam ampullam DG, hujus aquam pariter urget ac locū sibi concedere quasi postulat. Hæc igitur ita sur- sum adacta, cùm omnem

Causa 6.
Phæn.




Fig.
15.

Causa 7.
Phæn.

ampullæ